



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

VII. De Missa solemni pro Defunctis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

Litanijs, quæ in Breviarijs, Missalibus, Pontificalibus, & Ritualibus continentur, nec non Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari solent, quicunque alias Litanijs edere vel tam editis in Ecclesijs sine Oratorijs, siue Processionibus, uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publice recitare præsumant sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris severe infligendis.

Præsens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, VIII. Idus Septembris, Anno Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi 1601.

Quintilianus Adrianus
Not.

TITVLVS VII.

De Missa solemni pro defunctis.

Cerem. Epif. 1.
lib. 2. c. 11.

CVM solemniter Celebrandum erit Missæ Sacrificium pro defunctis, Altare & omnia alia, paramenti nigri coloris, absque tamen imaginibus mortuorum, mortis, lachrymarum, ossium in modum Crucis, aut aliarum huiusmodi, cooperire debent. In ipso autem Altari præter Crucem, & Candelabra, nullus omnino ornatus apponatur, non flosculi, non Sanctorum Reliquiæ, imagines, vasa, aut alia id genus ad ornatum pertinentia.

Cerem. Epif. 2.
lib. 2. c. 11.
Gauantus
Part 2. Tit.
13. n. 2.

2. Cerei omnes erunt ex cera communis, non alba.

3. Credentia erit simplex cum linteo breui, super quam ponentur necessaria cum duobus candelabris & candelis accensis ex cera communis.

A. Præ-

4. Præter paramenta Missali in promptu erunt pluuiiale nigri coloris pro celebrante in absolute vtendum, Crux processionalis. Thuribulum cum Nauicula, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, & candelæ distribuendæ regulariter ex cera communi.

5. Si faciendâ sit absolutio in medio ecclesiæ præparetur lectica mortuorum seu tumulus, vel si solemniore fuerint exequiæ etiam machina construatur, quam castrum doloris dicunt, maioris vel minoris altitudinis pro mortuorum qualitate, & hæredum arbitrio, super lecticam ipsam sternatur pannus niger signo crucis insignitus, & etiam culcitra ex holerico.

Cerem. Epif. lib. 2. c. 11.

6. Totum presbyterium sit nudum, excepto quod vnum tapete nigri coloris super primo gradu Altaris poni possit.

Cerem. Epif. lib. 2. c. 11.

7. Missa pro defunctis regulariter iuxta Rubricas Missalis cantari debet post primam, quod si officium fuerit solemne, vt in die Commemorationis omnium Defunctorum, vel in die obitus quando officium sepulturæ præsentem corpore celebratur; & etiam in alijs officijs & Anniversarijs, quæ solemniter celebrantur, post Nonam cantari debet, in quo casu Nona in Choro cū alijs Horis immediatè post Sextam cantabitur.

Rubr. gener. Miss. 2. 2. 15. num. 3.

8. Hora competenti Celebrans facta breui Oratione (non enim dicit Orationes præparatorias solitas id est *Psalmos Quam dilecta, &c.*) dicit tamen ad lotionem, & indumenta consuetas orationes vt in alijs Missis, Amictum, Manipulū, & stolam more solito osculatur, qua de re quidam dubitauerunt, eò quòd prohibentur oscula rerum in Missa solemnī pro Defunctis.

Cerem. Epif. lib. 2. c. 11.

9. Sacerdos paratus omnibus paramentis Sacerdotalibus, præcedentibus Acolythis, cū Subdiacono & Diacono, procedit ad Altare incipit

Missam

.VII.

ificabilibus, a
beata Virgini
ent, quicum
lestis sine Or
Congregatio
us fuerit cor
& approba
edere, au
reccatum) ar
dis.
Congregatio
ibita in Pala
Etto Sautli
endissimi De
prauitatem
bris, Anno

drianus
t.

rit Missa
re & om
que tamen
ymarum,
huiusmo
Altari præ
nind or
anctorum
nus ador
nunl, non

teo breui,
n duobus
cera com.

A. Præ-

Missam, producens manu dextra à fronte ad pe-
ctus signum crucis dicit *In nomine Patris, &c.*

10. Ante Confessionem non dicit Psalmum *In-
dica me Deus, &c.* Sed pronuntiata Antiphona, In-
troibo ad Altare Dei, & responso à ministro, *Ad-
Deum qui letificat &c.* dicit deinde *Adiutorium
nostrum &c.* fit confessio cum reliquis vt in alijs
Missis.

*Rubr. gener.
Miss. tit. 13.
num. 1.*

11. Finita Confessione & osculato Altari omnia
incensatio oe Altaris, statim incipit Introitum
non se signans, sed manu dextra extensa facit si-
gnum crucis super librum quasi aliquem bene-
dicens sinistra super Altare posita.

*Rubr. gener.
Miss. tit. 13.
num. 2.*

12. Non dicit *Gloria patri* sed post Psalmum re-
petit *Requiem eternam*, nec dicit *Gloria in excelsis*.

13. Cantata Epistola Subdiaconus non oscula-
tur manum Celebrantis, nec Celebrans legit *Alle-
luia* nec *Iube Domine benedicere*. dicit tamen mo-
do & more solito *Munda cor meum, &c.*

14. Diaconus non petit benedictionem, nec
osculatur Celebrantis manum, sed duo tantum
Acolythi sine candelabris stant, vnus à dextris
& alter à sinistris Subdiaconi tenentis librum
Euangeliorum. Celebrans tamen more solito
conuertit se ad Diaconum cantantem Euange-
lium.

15. Finito Euangelio Celebrans non osculatur
librum, nec incensatur, sed statim dicit *Dominus
vobiscum & Oremus* pro offertorio.

*Caen. Epis.
lib. 2. cap. 11.*

16. Deinde procedit vt in alijs Missis, non be-
nedicit tamen aquam in calicem fundendam,
dicit tamen orationem *Deus qui humana substan-
tia, &c.* & imponit thus in thuribulum more so-
lito cum benedictione *Per intercessionem &c.* &
thurificabit oblata & Altare & demum ipse solus
thurificabitur à Diacono cum conuerteris oratio-
nibus.

17. Si faciēda sit oblatio à populo, fiat statim post lectum à Celebrante Offertorium, & ad eam non deferantur candelæ, quia accendi tantum debent ad Euangelium, elevationem ss. Sacramenti, & absolutionem; nisi forrè aliæ ad id distribuantur; Et certè conueniret vt offerentes nihil prorsus oscularentur, quia prohibentur oscula in hac Missa.

Rubr. gener. Miss part. 2. tit. 3. n. 3.

18. Cùm lauat manus, in fine Psalmi, *Lauabo inter innocentes, &c.* non dicit *Gloria Patri*. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem.

19. Dum dicitur *Sanctus, Sanctus, &c.* quatuor aut duo Acolythi cum funalibus ex eadem cera communi accessis pro elevatione accedunt, more solito, & similiter omnes genuflectunt, sic permanentes vsque ad *Per omnia secula, ante Pax Domini &c.* Acolythi verò cum funalibus vsque ad factam Communionem. Subdiaconus ad elevationem imposito per aliquem Acolythum thure in thuribulum clarificabit Sanctissimum Sacramentum genuflexus in cornu Epistolæ.

Cerem. Epis. lib. 2. c. 10.

20. *Ad Agnus Dei* non dicitur *Miserere nobis* cuius loco dicitur, *dona eis requiem*, nec tertio *Dona nobis pacem*, cuius loco dicitur *Dona eis requiem sempiternam*, neque percutitur pectus. Non dicitur prima oratio ante Communionem, scilicet *Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis, &c.* nec vlli datur pax.

Rubr. gener. Miss. tit. 13. n. 1.

21. In fine Missæ non datur per Celebrantem benedictio, sed Diaconus cantat *Requiescant in pace* & Celebrans dicit in Altari *Placeat, &c.* quo dicto, osculato Altari dicit *In principio erat verbum, &c.* vt in alijs Missis; atque si faciēda sit absolutio Celebrans finita Missa retrahit se ad cornu Epistolæ vbi exiit casula & deposito Manipulo accipit Pluuiiale.

Cerem. Epis. lib. 2. c. 12. Rubr. gener. Miss. tit. 13. n. 1. & n. 4.

N

22. Si

r. VII.
onte ad pe
tra, &c.
salum lu
siphona, in
nistro, Ad
Adiutorium
vt in alijs
ltari omnia
Introitum
sa facit lu
nem bene
almum re
in excessi
on oscula
legit Alle
men mo
nem, nec
o tantum
à dextris
is librum
re solito
Euange
oscularur
Dominus
non be
dendam
substan
more so
&c. &
ple solus
oratio

17. Si

*Rubr. gener.**Miss. tit.*

13. n. 2.

22. Si distribuendæ sunt candelæ, distribuatur post Epistolam, & accendantur ad Euangelium, ad elevationem SS. Sacramenti & post Missam dum fit absolutio.

*Cavem. Epif.**lib. 2. c. 11.*

23. Si habendus est sermo in laudem Defuncti pro quo Missa Celebrata est, tunc Missa finita, ante absolutionem accedet Sermocinator, at-

*Cavem. Epif.**lib. 2. c. 11.*

que facta oratione ante medium Altaris à nullo perita benedictione ascendet pulpitem panno nigro coopertum, ubi signans se signo crucis, facit sermonem.

TITVLVS VIII.

De absolutione facienda post Missam Defunctorum in die Depositionis & Anniversario.

1. **F**inito Euangelio Sancti Ioannis, Celebrans cum Ministris factis accedit ad cornu Epistolæ, facta debita reuerentia in medio, descendit in planum, ubi deponit planetam & manipulum, sicut & ministri deponunt suos in loco congruo, & interim aliquis ex Acolythis adfert Pluuiale nigrum ad Celebrantem, quo statim induitur adiutus à Diacono, & Thuriferarius accipit thuribulum, & alter Acolythus vas aquæ benedictæ cum aspersorio & Rituali. Subdiaconus verò accipit Crucem Processionalem & medius inter duos Ceroferarios candelabra cum cereis accensis deferentes eam defert ad medium altaris sine vlla reuerentia; Deinde ordinatur Processio ad lecticam hoc modo.

*Rubr. gener.**Miss. tit. 13.*

2. Præcedit thuriferarius habens à sinistris alium Acolythum vas aquæ benedictæ portantem eum